



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||
Secretarii Opervm ||**

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

Albertho suo excusatoria sup[er] acerbitatem l[itte]rarum suarum

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

plura arma / quae leges valerent. Nequicia Clodij conseruatore patriae expulsi Marci
cum Tullium Ciceronem: quem postea gloriam solitum accepimus: se Italia huius
meritis in patriam reportatum. Quae plures praeterea historiae memorant summos ac
clarissimos viros similem exitum sortitos. Sed hos quatuor tantum retuli: ne mireris
causam tuam: cum videas tot patriae conseruatores / tanta stirum meritorum praes
mia reportasse: quibus licet neque fama hominum / neque gestarum rerum gloria par
excitasse: eandem tamen ingratitudinis fortem perpelessis / parem quoque laudem una
in re tibi & tuis posteris peperisti. Hoc enim tuis meritis ad sempiternam hominum
famam censeo ascribendum: quod cum praesentibus quid aduersus te statueret: obtem
perare tamen magistratus imperio satius duxisti: quam aut oblitescere / aut aliqua ex par
terem publicam conturbare. Cum enim (ut plures ferunt) potuisses vel armis /
vel fauore populi vim paratam propellere: rectius esse putasti / accipere quam propul
sare iniuriam. Et quoniam tales motus nequaquam eos quos nonnulli sibi proponunt
exitus sortiunt: more superiorum quos retuli / consulens quieti patriae / & civium tran
quillitati: prudenti consilio passus es potius hanc repentinam procellam in te tuis
omnes solos descendere / quam quemptam excitare tumultum / quo ciuitas in aliquo gra
uius discrimen posset adduci. Quo uno facto non solum nostrorum / sed praesentium
quoque hominum gloriam coequalisti. Quid enim laudabilius / quid saluti hominum ac
commodatius: quam velle periclitari solum / ut ceteri ab imminente tempestatis periculo
saluarentur? Ea unica est virtus quae alias omnes exuperat: consulere communi ocio &
patriae hoc boni viri & praestantis ciuis officium / publicum bonum anteponeere pri
uato. Hoc acceptissimum patrocinium: se unum pro patriae salute occumbere malle /
quam multos perire. Hac duce virtute tuum plures aliae creuerunt: tum vero maxime ro
mana res publica rerum potita est. Praeclarissimarum ergo virtutum praesidio septum
non succensere / sed gratulari te potius fortiter decet: quae illa exerceo excitauit
atque in illud certamine eduxit / quod tibi summam laudem preberet / & gratiam semper
nam. Quae quidem duae res cum viris bonis sint maxime appetendae: virtutis enim ex
sunt premia: fructus bonis tuis tranquillo ac pacato animo vitens: atque ubique sus
censu patriam tibi dignitatem / tibi rem publicam esse putes: & quidem eo melio
rem / quo diuturnior ac firmiter sit futura. Vale. & parce verbositati meae: quae a
magna mea erga te beniuolentia profecta est. Rome.

Poggius florentinus Philippo suo S.D.P.

Et verbis tecum / & postmodum litteris egi: ut velles esse nobis consultor atque
adiutor in causa Angeli de Genezano / ut fiat ciuis: cum ea conditione de qua tes
cum locutus sum. Verum adhuc neque tentatum / neque actum est: quia nequaquam tibi
bi / aut Serpaulo visum est tempus id poscere. Nunc constituit rem aggredi: si ac
cedat ad tuum & aliorum consilium. Quamquam quidem nunc commode posse fieri
ri dicant. Ideo te rogo: ut estimes non Angeli / sed meum negotium agi. Huic enim
cupio satisfacere propter eius in me beniuolentiam. Suscipias hanc rem oro: & nos
consilio atque auxilio adiutura. Multa potes non solum scribendo / componendoque
hoc decretum: sed & firmando. Serpaulus tecum loquetur hac de re: duo estis
huiusmodi rerum peritissimi / quos nihil potest fugere. Cura igitur ut intelligam
tuam operam Angelo plurimum profuisse: quod erit mihi gratissimum. Vale.
Rome.

Poggius florentinus Albertho suo S.D.P.

Tantum abest mihi Alberthe / ut grauer feram quae a te scribuntur: ut etiam
maximas tibi & habeam & debeam gratias: quod me pro tua in me beniuolentia &
charitate admonere voluisti eorum / in quibus me aberrasse in meis litteris tibi
tratus es. Non enim sum is qui tantum meis viribus confidam: ut non aliorum quos

Patria Cof
mi.

Excusato
ria suscipis,

q; opibus subleuari velim/atq; adiuuari ad errores vitæ corrigendos. Ille Lacedæmonius detrahentiū vocibus discere se dicebat/quæ admodū fieret emendatio: & in eo gloriari videbat. Quanto magis mihi iocundè esse debent non detrahentis/ sed amice monentis atq; arguentis voces. Ille est asper monitoribus / qui per ætatem est insolens veritatis audiendæ. Ego autem ea sum iam ætate: ut acerbè mihi esse non debeant bonorū virorum castigations. Cum & verum audire utile sit emendari pulchrū. Si emendatio morū omnibus est annis necessaria: illorū est tamen maxime meliorē vitæ cursum sequi/qui iam vergunt in maturitatē. Itaq; nō tibi solum/ sed & reliquis agam grām semper/ qui errata mea reprehendere voluerit & me reddere certiorē vel meliorē. Verum ut assentiar: postq; tibi ita videntur litteras meas nimis acerbis ac maledicis fuisse: idem & tu mihi concedas volones testibus agatur causa: nōnullorū facinora & errores mihi ita sentiendi causam prebuisse. Neq; em ita sum impudens: ut aliquod suorum crimen ad obloquendum: neq; scripserim aliquid inauditū / sed ea de quibus aperte disputare liceret/ cognosceres me nihil esse mētūtū. Sed reticebo ea quæ inhonestissime per nōnullos facta/honestè narrari non possunt. Preteribo non quæ cogitando aliquis suscipitur: sed quæ hisce oculis vidi/hisce auribus hausi. Ne tamen me omnino aut rudem/aut harum rerum ignarum putes: patiare paulum me & honeste/ & id querens: q; dixerim paucos ex vestro ordine reperiri bonos. Hoc quippè iustissime potest abs te reprehendi. Nam cum veritas dicat. Nullus bonus nisi solus Deus: rectius dictum esset a me: nullos bonos/ q; paucos reperiri. Cumq; etiam illud propheticum legeris. Omnes declinauerunt: inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum/ non est uis: ad unum. nescio si aut te/aut Bernardinum prudenter exceperim: in quo si me errasse volueris/ fatebor errorem meum. Sed non agam tecum hoc modo: pinguiorem Mineram requirit epistola. Nonne legisti apud Hieronymū: In omni conditione & statu optimis permixta sunt pessima. Nonne alibi: Omnia præclara rara. Quid autem præclarius q; virtus / q; bonitas: Non est res facilis/ bonum esse. Arduū quippe est & difficile adiri: & quo pauci perueniūt. Vnde & Hesiodus. Hesiodi est præclarus ille versus. Ante virtutem Dissidarium postere. Altera sapientissimorū Græcæ vitorū sententiā. Difficile est bonum esse. Tū me forsan exultimas: cum quempiam ex vestris conspexi ingredi veste vili atq; abiectione: me statim illum virum bonum censere: & cuius acta vita fuerit in saculo turpissimis flagitijs inquinata / hunc vestris mutatione euestigio vitæ sanctitatem assecutum. Aliud afferas oportet: ut quem iudicem bonum. Q. si nōnullorum mihi nota & comperta sunt scelera: an pro sacrilegio habendum est / si quis liberius de eis ad amicum scripserit: Hoc est / in quo multorum superbiam sum expertus: cum eos paulo exagitarem ad eliciendum eorum potentiam: qui ita ferunt inique / ita indignum putant / se non haberi bonos & sanctos viros censeri: ut blasphemie loco putent / si quid minus recte de eis sentiri videatur: tanq; ut non tm laborent ut boni sint / q; ut cæteris appareant. Tu tamen inspicere litteras meas diligentius. Dixi quodam in loco/ paucos esse bonos. utinam hoc falsum esset. Dixi in alio: Non esse omnes bonos hos arculatores. Num videor tibi mentiri: Sed a grege audis hoc verbum. At honestus fuit: quo videlicet possem designare hos importunos / ac molestos nebulones: qui altant in triuijs: qui macellum/ forum/ piscatorium/ olearium percurrunt: nummos in sumptus erogari postulantes: qui manibus per ambulantiū togas apprehendunt: nunc calceos / nunc aliud quippiam petentes. Quos si tu bonos censēs/ ego non moleste fero me longe abesse ab opinione tua. Dixi quoq; eisdem in litteris me multos diligere ex vobis/ quibus ineliet vitæ bonitas: non excipiens Bernardinum & te solos: sed addens vobis / & aliorum

Acerbitatem fratrum litterarum tuarum.

Psalmista.

Hieronymus.

Hesiodus.

In mendicantes.

quorundam societatem. Quae autem addidi multos errores fatos per aliquos qui vitę integritatem ostentant. tu ipse nosti conuocatione de vobis nuper habitam: nõ ob virtutem multorum sed ob nõnullorum vitiositatem esse factam non ad laudandos sed ad cõprimendos quosdam esse indictam. Nam de sceleribus a me scriptũ ita tibi indignũ videri satis miror. Si rationibus ista probanda essent nõ exemplis: satis possem dicta mea defendere. sed neminem volo a me nominari. citius a causa decidam / quã aliquos proferam. Quos si ignoras: beatum te iudico qui careas ea molestia. Sin dissimulas: laudo prudentiam tuam: qui occulta velis esse & recta ea quibus cognitis / & multi ad imitandũ incitent: & paucorũ culpa lederet uniter forum famam. Non sum infensus / mihi credas velim / illi religioni. Sed despicio illos qui religionis sue habitum spe questus faciunt: & vestes tñ mutantes / prioris vitę lodes minime abiecerunt. De se tamen ipsi videntur: mihi id agendũ est / ut mihi ipsi prospiciã. Reddet unusquisque rationem villicitatis sue. Vnum scias: me quous sim malus / tamen abhorre ab eorũ secta qui simulatione boni non tñ ceteros / quam se ipsos fallunt. Quibus neque amicum me / neque beniuolũ profiteor. Nil confert vestis sordida ad virtutem: sed mores & vitę sanctimonia. Ceterum de loco illi edificet ne an deserat mihi parua est cura. Videant illi quibus id est utile futurum. Nam ego illorum doctrina / aut expensis non egeo. Letabor tamen cõmodo contibulorũ meorũ: eosque quoad poterõ iuuabo cum tempus se dabit: ut quod cupiant allesquant. Verum minor multorum curiositatem: qui maiorem salutis alterius / quã sue sollicitudinem capiunt. Sed alios omittam. Tu instat prædicationi: & eam provinciam suscipe quæ demandetur tibi. Aedificandorũ vero locorum alijs curam relinque. Tibique persuade ubique fueris / ibi te posse seruire Deo. Boni vero publici sollicitudinem atque onus tantũ suscipe / quantum tibi imponitur. Nam neque Episcopus es: neque cõmissa est tibi cura ceterorum. Scis quotquot venerunt / fures esse & latrones. Dixit: qui venerunt / non qui missi sunt. Vale. & me ama. Romę octauo Kalen. Martij.

Poggius florentinus Iohanni Prateni S.D.P.

Ita mihi recte agendi mens perpetuo detur: ut summe gaudeam te esse vicariũ archiepiscopi Pisani. habes enim virum & prudẽtem & perhumanũ eum / cum quo est mihi iam dudum ab adolesecẽtia summa vitę cõsuetudo: ut existimem tum virtute tua primum / tum etiam amicitia nostra te illi acceptiorem futurũ. Scio enim te non reticuisse / quia sumus inter nos mansuetudine ac beniuolentia: quod illi nõ dubito fore admodum gratum: si tamen pristinum in me amorem seruauit. Quisquis tamen is fuerit / non diffido ex nostra coniunctione propensioẽrem erga te fore archiepi voluntatem. Nunc vero te pro nostra amicitia hortor moneoque: ut has studiorum tuorum primitias tales esse velis / ut ex agro & fertili & bene culto pro dire videant. Cultura vero animi virtus est: quę uberrimos fructus parit. Hanc amplexere hęc exerce: curaque omni diligentia: ut præter doctrinam iuris / recte quoque viuendi studium consequaris. In primis corruptelas fuge: teque immaculatũ a peccatis seruare: neque quicquid agas / quoad potest fieri / cuius te poenitere necesse sit. Inter cetera iustitiam cole: recte iudica: & quicquid agis / Deum spectatorem cogita. Præstat enim pauperiorem esse integris moribus / quã diuitem vitã pedita. Id age: ut iuris scientia non solum afferat subsidiũ / sed & virtutis ornamentũ. Hi enim rectissimi me mihi vitam institutere videntur: qui rerum doctrinã cõiungunt cum sanctimonia viuendi. Sed omnia assecris si fugeris auariciam malorũ omnium iritamentũ. Scripsi hęc paucis propter amorem in te meum: quę tu accipias in bonam partem volo. Alter fortasse te ad lucrum & questum exhortaret. Illud & ego tibi iuradeo: dum modo non sit a virtute seiuinctum. Nam in turpitudine nihil potest esse utile. Sed hactenus melius. Vale.

Ne hinc ea cõsideratione proferat
ut videretur ad meum proferre

Consilium
frugi.

in uicinia malorũ
deuotus foris